



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

87. An iudex laicus possit cogere Clericum, qui spoliauit laicum sua
possessione ad illam restituendam? Ex part. 4. tract. 1. res. 74.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

Resol. & in
in Res. 71.
in Res.
Res. 15.
Res. 16.

laicum: at tamen si Clericus reconuentus condemnetur ab ipso laico, non potest exequi, nec in rebus Clerici reconuenti, sed ad iudicem Ecclesiasticum pertinet executio ad instantiam iudicis laici. Ita ille, qui ex Genuensi notat, quod in curia Archiepiscopali Neapolitana in casu praedicto seruat, quod visa sententia & processu iudicis saecularis mada curia executionem fieri contra Clericum, & ita hanc sententiam tenet Imola & Butrius in cap. postulasti, de foro competent. Matianus Socinus in cap. 1. de mutuis per. & me citato, nouissimè Antoni, de Marinis resolut. quotidiani. cap. 53. num. 15. & 16. qui citat Lupum & Grassum.

RESOL. LXXXIV.

An si adste clausula de non alienando, possit fieri executio per saecularem iudicem in praedicta specialiter obligato a laico, est Clericus illud possideat? Ex part. 3. tract. 1. Resol. 49.

Sup. hoc su-
pra in Res.
Resol. in
§. 16.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondent docti Iurisperiti Parladorus, & Auendanus, hic de exequendis mandatis part. 1. cap. 1. num. 33. ille rer. quot. lib. 2. cap. fin. 1. part. §. 1. num. 11. in fine.

2. Sed aduersus Iurisperitos Hispanos, alium Hispanum Iurisperitum opponamus, is est Alfonso de Villadiego in politica [En los libelos en lo executio num. 24. vbi sic ait. El censo que tuuere esta clausula, tiene aparejada executio derechamente contra el tercero poseydor de la cosa hypothecada, y assi se ha determinado, muchas vezes en los tribunales Superiores, en tanto que aunque la cosa assi hypothecada passe a poder de algun clerigo, & otra persona Ecclesiastica puede ser executada la cosa hypothecada; lo qual se entienda, y ha lugar pidiendole la tal executio ante el juez Ecclesiastico, y no ante el seglar, el qual no podrá executar el tal contrato contra el clerigo; porque aunque la venta, y enagenacion en este caso contra el pacto fue nulla, però en efecto ya pasado en el clerigo la possessio de la cosa hypothecada, de la qual no puede el clerigo ser despojado por el juez seglar, ni citarle como es necessario para la venta, y remate de los tales bienes, y assi se deve hazer, & citar, y hazer las causas con el deudor principal, y lo que a qui resueluo en esto, es lo mas seguro, y lo que se practica y deve guardar in iudicando, & consulendo, & contraria opinio falsa est, & eam Romanæ Curie confessum nunquam admisisse audio.] Ita Villadiego, vnde pessimè olim quidam Iurisperitus affirmatiuam sententiam sustinere volebat.

RESOL. LXXXV.

An index laicus possit etiam citare Clericum creditorem in confectioe alicuius inuentarij. Ex part. 1. tract. 2. Ref. 21. aliàs 20

Quamuis
non pleac
sup. hoc legc
tamen in
p. 1. §. 9. &
Res. 74. §. 1.

§. 1. **H**ic casus est practicabilis: quia in confectioe inuentarij citandisunt omnes creditores, & legatarij, de quorum praedictio agitur. Aliqui igitur respondent, posse Iudicem saecularem in tali facto, per edictum vel specialiter citare Clericum creditorem, dum non expressè citetur ad comparandum, sed cum illa conditione, & qualitate: Si sua putauerit interesse. Et ratio est: nam talis citatio non est vera, & simplex citatio; sed potius monitio, vt compareat, si voluerit; quæ de iure non supponit

iurisdictionem, & superioritatem; & sic non ardeat citatum ad necessariò comparandum. Et ita docent communiter Iurisperiti, quos citat, & sequitur Ceuallos tract. de cognit. per viam violentia, p. 1. q. 78. n. 3. & seq. Ioan. de Hevia in Curia Philipp. part. 1. §. 5. n. 31. Gironde de gabelis, p. 4. §. 1. num. 18. & alij.

2. Sed contrariam sententiam docet Duardus in Bulla Cæne, lib. 2. canon. 14. q. 11. num. 50. vbi sic asserit: [Ecclesiastici non possunt tradi ad Curias saeculares pro confectioe inuentarij. Hinc hæres, cum vult hæreditatem adire cum beneficio legis & inuentarij, quamuis super illius confectioe citandi sint omnes creditores, & legatarij; nihilominus si Clerici sunt, non possunt citari per Iudicem saecularem illius loci, vbi bona hæreditaria sunt, vel vbi heres domicilium habet; sed debent moneri per Iudicem Ecclesiasticum: quia Clerici non possunt compelli ad comparandum coram Iudice laico vigore generalis edicti: Si sua putauerint interesse. quoniam istæ citationes edictionales à iure communi sunt exorbitantes.] Ita Duardus: quod antea docuerat Marthæ de iurisdic. part. 4. centur. 1. casu 38. n. 8. Et idem docet Bonacina de legibus, disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 1. n. 27. Ambrosinus de immunit. ecclesiast. cap. 22. num. 73. & alij.

RESOL. LX.

An index laicus possit citare Clericum ad exhibenda iura sua coram eo, quando eius debitor petijt dilationem ex consensu maioris partis creditorum, vel si velit beneficium cessionis bonorum obtinere? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 23. aliàs 22.

Sup. hoc in
tom. 6. tit. 9.
Ref. 74. §. 8.
part. & §. pe-
nult.

§. 1. **H**ic casus frequenter in praxi potest accidere; & idè dicam hic, quid sentiunt Doctores. Affirmatiuam sententiam docet Ceuallos tract. de cognitione per viam violentia, p. 2. q. 72. n. 3. Afflictus de cis. 280. num. 7. & ex nostris regnicolis Mastrillus de cis. 79. num. 5. cum aliis. Et ratio est: quia in tali casu Clericus non conuenitur vt reus, sed pronocatur vt actor, ad comparandum, & docendum de suo iure: neque in tali casu praedicitur iurisdictioni Ecclesiasticæ, neque fit in damnum, & praedictum Clerici, sed in eius utilitatem: nam, si reliqui creditores recuperent sua debita, & ipse non compareat, & ostendat sua debita, remanet sine debito, & tenetur postea litigare contra cæteros creditores, intendendo reuocatoriæ coram Iudice laico.

2. At; his non obstantibus, contrariam sententiam docet noster P. Duardus in Bull. Cæne. lib. 2. can. 15. q. 11. n. 53. vbi sic ait: [Debitor laicus, petens admitti ad miserabile beneficium cessionis bonorum, vel ad remissionem partis suorum creditorum, non potest trahere Clericum ad forum saeculare: sed debet adire Iudicem Ecclesiasticum: nisi debitor detineretur in carceribus ad instantiam Clerici creditoris: nam tunc per viam reconuentionis potest petere contra Clericum admitti ab beneficio cessionis.] Ita Duardus. Et ita etiam antea docuerat Marthæ de iurisdic. p. 4. cen. 2. cas. 23. num. 9. & seq.

RESOL. LXXXVII.

An index laicus possit cogere Clericum, quia spoliavit laicum sua possessione, ad illam restituendam? Ex part. 4. tit. 1. Ref. 74.

§. 1. **A**ffirmatiuè responder Bobadilla in Politic. tom. 1. lib. 2. c. 18. n. 193. vbi sic ait [Quan-

do algun Clerigo huuiesse despojado de possession algun lego podria el corregidor restituylrle en ella por via de defensa extrajudicial citando generalmente à los interessados, y assi se guarda en el Reyno de Napoles. J. Ita ille, & ante illum Maranta in pract. part. 4. dist. 11. num. 63.

2. Sed contrariam opinionem tenendam esse puto, quam tenet Paulus Squillante de privileg. Clericor. cap. 7. dub. 1. num. 73. Matth. de Afflictis decif. 85. Carolus de Grassis de effectibus Cleric. effect. t. n. 1035. quia Clericus, qui spoliavit, si est à possessione eiciendus, debet expelli auctoritate iudicis, & sic tanquam reus, debetque hoc fieri per iudicem Ecclesiasticum, qui est competens ipsius Clerici, & non per iudicem laicum.

RESOL. LXXXVIII.

An seculares Magistratus possint cogere Clericos, ut triticum vendant, si necessitas adsit? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 9. aliàs. 8.

Supr. hoc in Ref. seq. Et lege alium §. eius ptinae not.

§. 1. **A**firmatiue respondent Iurifconsulti, & quod magis miror, ex Theologis Ortiz in summ. cap. 4. num. 9. & Ioannes Salas in tract. de empt. & vendit. dub. 9. num. 2. vbi in fine asserit, quod non oportet in tali casu recurrere ad Iudices Ecclesiasticos. Vide etiam Valerum in differentiis vtriusque fori, verb. Clericus, differ. 3. num. 3.

2. Sed contrariam sententiam, amplectendam esse prorsus iudico ex cap. non minus, & cap. aduersus, de immunit. ecclesiast. cap. quauquam de censib. in 6. & ex Bulla Cæna, can. 12. Idem in tali casu recurrendum esse ad Superiorem Ecclesiasticum, nisi fames, aut necessitas urgeant, & periculum sit in mora: nam in tali casu Iudex laicus poterit frumentum sequestrare, & ab horreis Clericorum extrahere, & vendere, non vi iurisdictionis, sed ob instantis periculum de facto iuris. Vnde non est audiendus Ioan. de Hevia in Curia Philippica, p. 3. §. 3. num. 10. & Bobadilla in polit. tom. 2. lib. 3. c. 3. n. 13. vbi sic asserit: [In estas ocasiones haze facer el trigo sobrado, no solo de casa de seglares, pero de Canonigos, y Clerigos ticos, y aun de las Yglesias, y de los Obispos, que lo grangean y venden a precios, y por modos injustos, como quiera, que pueden los Ecclesiasticos ser compelidos à vender el trigo, que les sobra, para la provision de la Republica]

3. At fallitur hic Author: nam licet Clerici ita facientes peccent, iuri naturali contravenientes: quia tamen ad suprascripta tenentur non vi coactiua, sed directiua; idem per ministros Ecclesiasticos, & non laicos, ad id faciendum compellendi sunt: quia seculares nullam potestatem habent in Clericos; neque publica necessitas, seu vtilitas iurisdictionem illis præbet: & idem tempore penuriae non possunt per illos compelli vendere frumenta, & alia ad victum necessaria, & ad non excedendum pretium legale dictarum rerum venalium: sed ad id compellendi sunt per Iudices Ecclesiasticos, nisi in casu, de quo supra. Vide Duardum in Bull. Cæn. lib. 2. can. 15. q. 17. num. 45. Belletum in disquis. cler. p. 1. tit. 5. §. 2. num. 9. Madium tract. de sacris Ordinibus, cap. 14. num. 38. & ex nostris. P. Mofesum in summa, tom. 2. tract. 12. cap. 5. num. 85. qui impugnat Salas, vbi supra, & alios.

RESOL. LXXXIX.

An iudex laicus tempore carestia possit compellere Cle-

ricos, ut vendant frumenta, vel ad aliquid faciendum tempore pestis? Ex parte 1. tract. 2. Ref. 87.

§. 1. **A**firmatiue respondet Villadiego in polit. cap. 5. num. 90. vbi sic ait. [En tiempo de necesidad de pan podra el corregidor tomar el trigo que sobrare à las Yglesias, monasterios, y Obispos, y Clerigos, aunque sea contra su voluntad pagandolo à la tasa.] Sic ille.

2. Sed ego hanc sententiam reprobaui in part. 1. tract. 2. ref. 8. & nunc iterum reprobo cum Caballo cent. 1. cas. 9. num. 10. Antonio de Ripol. variar. resolut. cap. 11. de empt. & vendit. num. 91. & Sebast. Guazzino de defensione reorum tom. 2. defen. 20. c. 9. num. 10. vbi post multa sic concludit, In omnem casum non possunt cogi personæ Ecclesiasticæ ad aliquid faciendum, vel non faciendum tempore carestiae, vel pestis, per iudices laicos, sed per eorum iudices Ecclesiasticos, nec possunt puniri pena cotinminata à laico, sed alia arbitraria. Ita Guazzinus, Ratio est clara, quia publica necessitas, quando periculum non est in mora, non potest dare iurisdictionem laico super Clericos & Ecclesiasticos, & ita anno 1606. vt notat Eliseus Danza in pugna DD. cap. 3. de qualitate officialium, num. 14. tempore maxima penurie in Regno Neapolitano iudices laici obtinuerunt licentiam à Nuntio Summi Pontificis compellendi Ecclesiasticos ad frumentum reuelandum, & vendendum.

3. Vnde obiter non desinam hic adnotare, capitaneos, qui mittuntur per Regnum à Proregibus pro reuelatione frumentorum, non posse neque Clericos coniugatos adstringere ad dictam reuelationem faciendam; sed hoc fieri debet à vicariis foraneis ex ordine Episcoporum: Vnde apponam hic per extensum epistolam Cardinalis Oroschi Archiepiscopi Panormitani, vbi sic ait. [Magnifico Signores. Habbiamo vista la vostra risposta alla lettera che si decernio in questa Corte Arcieuesouale, alla quale vi dicemo, che nostra intentione non è, ezimere, è liberare alli Clerici coniugati di quelle cose che si fanno per bene della Republica, come è questa del reuelo delli frumenti, ma quando alcuni di questi Clerici non fosse obediante, voi altri laici non potete constingerli per essere della Giurisdictione Ecclesiastica, laquale pertede à noi conseruarla iuxta la dispositione de i sacri canoni, è son certo che il Signor Don Francesco de Prado sara contento che si conserui così la Giurisdictione Ecclesiastica in questa terra, come è conseruata nelle altre terre della nostra diocese, & così comandai hieri, che si facesse vn altera lettera contra di noi altri più aggravata. E così mi è parso hora scriuere al Reuerendo mio Vicario Foranco dandoci commissione speciale, che possa constingere ad osseruare detto bando à detti Clerici coniugati; così circa il passato, come per l'auenire non peso per condannarli in la pena che haueranno incorso per il passato. Per la qual cosa non mancherete restituirli li frumenti, che hanete pigliato à detti Clerici; percioche com'ho detto non sete giudici competenti. N. S. vostre magnifiche persone guardi in suo santo seruitio. di Castronovo il di 6. di Nouembre 1560. Ad ogni ordine vostro.] F. Archiepiscopus Panormitanus. Atergo, [Al magnifico Signore Giouannoto Siscar Locotenente di Capitano in Caccamo.] Hanc epistolam originale ego vidi, & legi in libro MS. Regie Monarchie post fol. 1530. qui conseruatur in Officio Regij Protonotarij, vbi etiam inuenies alias scripturas, in quibus dictus